



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

§. 31. Alia sententia contra Carolum Josephum Juniperum Præpositum  
aliosque pronuntiata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

monitoriis contentas incidisse declarati, atque excommunicati in eventum mortis Ecclesiastica sepultura privandi denunciabantur: Hac tamen severitate Panormitani adeo non ad saniora reducebantur, ut etiam palam contemptis hisce censuris nonnulli Sacerdotes a laica potestate adacti publice & sæpius in variis Ecclesiis coram excommunicatis Sacrum solemniter peragere auderent. Quem denique exitum hæc controversia habuerit, postea recensimus.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1715.

§. XXXI.

*Alia sententia contra Carolum Josephum Juniperum Præpositum pronuntiata.*

Jam ante quadriennium Casalensis Episcopus, eo quod Parochialis Ecclesia S. Quilici ob temporum injurias, & bellorum incursiones derelicta fuisset, pro commoda Sacramentorum, aliarumque Parochialium functionum administratione inter Odalengi magni ejusque Villarum incolas & Præpositum Ecclesiæ Matricis ejusdem loci pactum inierat, vi cujus deinceps Ecclesia sancti Grati, utpote in medio præfatarum Villarum sita, pro Parochiali haberetur: Anno autem priori Carolus Joseph-

*Bull. magn.  
Clem. XI.  
part. 2.  
fol. 356.*

Sæc. XVIII.

A. C. 1715.

Josephus Juniperus tum Odalengi Pa-  
 rochus seu Præpositus contra hæc pa-  
 ctiones reclamavit, & Paschatis tem-  
 pore in prædicta Ecclesia non modo  
 Sacramenta administrare renuit, sed  
 etiam a laica potestate obtinuit, ut  
 Lambertus Eques cum militum co-  
 horte ad præfatas Villas veniret, &  
 post octo dierum vexationes, & incol-  
 rum expensas haud leves, eosdem an-  
 mata vi ad Præpositi Ecclesiam, ibi-  
 demque adimplendum Paschale præ-  
 ceptum adigeret, eosque ad nova  
 pacta in præfati Præpositi favorem sa-  
 cita compelleret. Hi ergo Episcopus  
 sui opem implorarunt, palam contra  
 hanc conventionem reclamantes, qui  
 comperto Casalensis Præfectus Fran-  
 ciscum Bencium & Joannem Baptistam  
 Serenum utpote ditiores Vallis S. Gra-  
 tives in arce includi, ac diutius deti-  
 neri jussit, ut cunctos, qui ad Episco-  
 pum recurrissent, detegerent, & im-  
 missos milites nullum dispendium inco-  
 lis intulisse, declararent: Carolus vero  
 Præpositus Blasio Vice-Parocho, quem  
 Episcopus designaverat, quamcunque  
 Parochialium functionum administra-  
 tionem inhibuit, eique congruam susten-  
 tationem denegavit, nec his contentus  
 novo ad loci Prætoris recursum impetra-  
 vit, ut Blasius infra triduum toto Statu

& Sabaudi Ducis Dominio exulare ju-  
beretur: cum autem hic ob paupertatem  
suam iter aggredi non posset, præfatus  
Eques Lambertus cum suis militibus  
in domo Ecclesiæ S. Grati sedulo in-  
quisivit, eumque in fuga arreptum,  
custodiri iussit. demum vero equo im-  
positum, militibusque stipatum ad fi-  
nes Status Mediolanensis transferri præ-  
cepit. Igitur Pontifex comperta ho-  
rum violentia cunctos hujus sceleris  
reos, ac præcipue dictum Præpositum  
ut Romæ intra bimestre causam suam  
dicerent, comparere iussit, secus pa-  
lam excommunicandos: Hac commi-  
natione territus Carolus Josephus Præ-  
positus veniam humili corde ab ipso  
Casalensi Episcopo petiit, ejusque de-  
cretis & mandatis se prompto animo  
obtemperaturum spondit: quocirca  
S. Immunitatis Congregatio ab ipso  
Episcopo rogata die vigesima pri-  
ma Decembris eidem Episcopo hunc  
Præpositum a censuris absolvendi fa-  
cultatem dedit, dummodo prius om-  
nia damna Pro-Vicario, & Villæ Val-  
disturæ incolis illata se reparaturum  
polliceretur.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1715.

§. XXXII.